

Excerptum ex Libris Ludovici Bavari Imperatoris, qui hinc
 Joannem XXIII Papam variis calumniis proxiudit: ac inter alias
 Lituanicam in Marchiam Brand. impressionem ipsi imputat.
 Ex Hist. Pijor. Aventini 173.

Bonistorum primarium presidem divas, inferiasque con-
 minatus, cum Lituaniis hostibus pietatis Christianae acer-
 rimis, atrocissimis latronibus inducias facere coegit, ho-
 sti regionem prodidit, fenestram invadendi Brandenburg-
 enses Christianos aperuit. Lituani conjurati Babuici,
 ultro citro impune per fines Brandenburgensium
 commearunt: Christianos ferro, caede extinaerunt:
 vagientes incunis, in sinu parentum crudelissime con-
 trucidati sunt. Tempa cenobia, collegia sacerdotum,
 monachorum compilata, incensa, eversa: virgines San-
 cte pervim stuprate, hostia Sacra (quod reverens hor-
 resco) hasta transfixa, insultante hoste, hoc convicio
 sublata. In hic est Deus Christianorum. Liberi a complexu
 parentum, uxores maritorum ad ludibrium hostium
 abstracte; captivorum greges velut pecudum abstracti
 sunt. Ad huc Brandenburgensis populus vulnus ac-
 ceptum luget. Atque haec omnia scelere Vicesimi
 Secundi Acta sunt.

166

